



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum homo in statu innocentiaë potuerit peccare venialiter.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

nunc loquamur de peccato in moribus, in actu illius potentia contingit esse peccatum, quod contingit esse morale. Est autem aliquis actus moralis per hoc, quod est a ratione, & uoluntate ordinatus, & imperatus. Unde quicquid pars hominis obedit rationi, potest in actu eius esse peccatum. Obedit autem rationi & uoluntati, non solum membrum corporale ad exteriorem actum: sed et appetitus sensitiuus ad quosdam interiores motus. unde & in actibus exterioribus, & in motibus, sensitiui appetitus, qui dicitur sensualitas potest esse peccatum. sed considerandum, quod quia actio magis attribuitur principali & primo agenti in instrumento, quam interior appetitus uel membrum exterius operatur ex imperio rationis, attribuitur peccatum non sensualitati uel membro corporali: sed rationi. Numquam autem contingit quod membrum exterius operetur, nisi motum, uel a ratione, uel saltem ab imaginatione, uel sensu & appetitu sensitiuo. unde peccatum numquam dicitur esse in sensualitate exterioribus, puta, manu uel pede: sed sensualitas quandoque mouetur absque imperio rationis & uoluntatis. & tunc peccatum dicitur esse in sensualitate: sed tamen hoc peccatum non potest esse mortale, sed ueniale tantum. peccatum enim mortale est per auersionem a fine ultimo, in quod ordinat ratio: sed sensualitas ad illud attingere non potest. unde in sensualitate non potest esse peccatum mortale: sed ueniale tantum. Cum enim motus sensualitatis imperatur a ratione, ut pater in eo qui uult concupiscere aliquid mortalius, talis motus est peccatum mortale: sed non attribuitur sensualitati, sed rationi imperanti.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod Ambr. loquitur de uicio peccati mortalis, quod opponit uirtuti: ueniale autem non contrariatur uirtuti, quamuis quedam uirtutes sint irrationalium partium animae secundum Phil. in 2. Ethico. non quidem in quantum sunt sensitiuae: sed in quantum sunt rationales per participationem.

AD SECUNDUM dicendum, quod Aug. intelligit omne peccatum esse in uoluntate, sicut in primo mouere, uel mouere potente. ex hoc enim motus sensualitatis est peccatum ueniale, quia uoluntas potest illud impedire.

AD TERTIUM dicendum, quod sensualitas est subiectum peccati in quantum obedit rationi: sic autem non est communis nobis, & brutis.

AD QUARTUM dicendum, quod quoniam actus uoluntatis uel rationis inuenitur in peccato, tunc directe potest attribui rationi uel uoluntati, sicut primo motiui & primo subiecto: sed quoniam non est ibi aliquis actus uoluntatis uel rationis, sed solus actus sensualitatis qui dicitur peccatum, quia potest prohiberi per rationem & uoluntatem, tunc peccatum attribuitur sensualitati.

AD QUINTUM dicendum, quod quoniam dispositio & habitus differunt, sicut perfectum & imperfectum in eadem specie, tunc sunt in eodem, alioquin non oportet. Nam bonitas imaginatio nis est dispositio ad scientiam: & similiter motus sensualitatis potest esse dispositio ad peccatum mortale, quod est in ratione.

AD SEXTUM dicendum, quod quoniam motus illicitus est in sensualitate, tripliciter se potest ad ipsum habere ratio. Uno modo, sicut resistens, & tunc nullum est peccatum: sed est meritum coronae. Aliquando autem se habet ut imperans, puta, cum ex proposito motum concupiscentiae illicitae excitat, tunc si sit illicitum in genere peccati mortalis, erit peccatum mortale. Aliquando autem se habet ut neque prohibens, neque imperans, seu consentiens: & tunc est peccatum ueniale.

AD SEPTIMUM dicendum, quod Aug. ibi loquitur de peccato mortali, quod est simpliciter peccatum: nam peccatum ueniale est secundum quod peccatum, ut supra dictum est.

A **AD OCTAVUM** dicendum, quod quia appetitus sensitiuus mouetur ab aliqua apprehensione, & tamen est uirtus in organo corporali, dupliciter potest motus eius, insurgere, uno modo, ex corporis dispositione, alio modo, ex aliqua apprehensione. Dispositio autem corporalis non subiacet imperio rationis: sed omnis apprehensio imperio rationis subiacet. potest enim ratio prohibere usum cuiuslibet apprehensiuae potentiae, maxime in absentia sensibiliis secundum tactum, quod quandoque remoueri non potest. quia ergo peccatum est in sensualitate secundum quod potest obedire rationi: primus motus sensualitatis qui est ex dispositione corporali non est peccatum. & hunc appellant aliqui primo primum.

B Secundus autem motus, qui excitatur ex aliqua apprehensione est peccatum. primum. n. ratio nullo modo uitate potest, secundum autem uitate potest quantum ad singulos, non autem quantum ad omnes: quia dum auertit cogitationem suam ab uno, incurrit in aliud. ex quo potest insurgere motus illicitus.

ARTICVLVS VII.
Utrum homo in statu innocentiae potuerit peccare uenialiter.

S **SEPTIMO** queritur, utrum homo in statu innocentiae potuerit peccare uenialiter, & uideretur quod sic, quia super illud 1. ad Timotheum. 2. Adam non est seductus, dicitur. In expertus diuinae seueritatis in eo facti potuit, ut crederet ueniale esse commissum. Ex quo uideretur quod Adam in statu innocentiae crederet se posse peccare uenialiter, etiam antequam mortaliter: sed ipse melius nouit conditionem sui status, quam nos. Non est ergo nobis dicendum, quod non potuerit peccare uenialiter. sed dicendum quod ueniale non sumitur, nisi pro ueniali ex genere, sicut uerbum otiosum dicitur ueniale peccatum: sed dicitur ueniale, id est facile remissibile.

¶ 2. Sed contra est, quod Greg. dicit 9. Moral. super illud. Memento quales quod sicut lutum feceris me. Venialis est in homine culpa, cum sit irremediabilis in angelo. Si ergo aestimasset peccatum suum esse ueniale, id est, remissibile, non fuisset seductus. ergo Glo. non est sic exponenda, ut accipiatur ueniale pro remissibile.

¶ 3. Præter. Peccatum ueniale est dispositio ad mortale: sed dispositio præcedit habitum. ergo ueniale peccatum in homine præcessit mortale.

¶ 4. Præter. Cum nos possimus peccare uenialiter, si ad uenialiter peccare non potuit, hoc non fuit nisi pro integritate sui status. sed minus opponit integritati primi status peccatum ueniale quam mortale, quod in commisit. ergo multo magis potuit ueniale committere potuit.

¶ 5. Præter. Peccata opponuntur actibus uirtuosis: sed actus uirtuosi non fuerunt alterius generis in statu innocentie, quam sint modo. ergo nec actus peccatorum. Si ergo quedam peccata sint modo uenialia, & in statu innocentiae fuissent.

¶ 6. Præter. Prius acceditur ad minus distans, quam ad magis distans: sed peccatum mortale magis distat a rectitudine primi status, quam peccatum ueniale. ergo prius peruenit Adam ad peccatum ueniale, quam ad peccatum mortale.

¶ 7. Præter. Adam potuit peccare & benefacere: sed potuit facere bonum maius & minus. ergo potuit facere malum maius & minus, peccando mortaliter & uenialiter.

¶ 8. Præter. Inuenitur aliquis status creaturæ rationalis, quo potest quod peccare mortaliter & uenialiter: sicut in Quest. dis. S. Tho. T 3 nobis

Glo. ordinata ibi & sumit ex Aug. in lit. 14. de ci. uic. 11. in h. rom. 5.

Li. 9. mora. 28. in noua exemplar.

¶ 3. Præter.

¶ 6. Præter.

¶ 7. Præter.

¶ 8. Præter.

nobis accidit. Inuenitur etiā alius status in quo nō potest quis peccare venialiter, nec mortaliter, sicut in statu gloria. Inuenitur et alius status in quo nō potest peccari venialiter: sed mortaliter tñ. ergo est alius status, in quo potest peccari venialiter & nō mortaliter, statu illo durante: sed hic status nō potest esse alius, nisi status innocentie. ergo in statu innocentie poterat homo peccare venialiter, statu illo durante.

¶ 9. Præt. In statu innocentie regimen aia erat bene ordinatū, pp quod dicitur eccl. q̄ Deus fecit hominem rectum: sed regimen bene ordinatū potest prius debilitari antequam totaliter destruat. ergo & regimen aia poterit prius debilitari per peccatum veniale, quā totaliter destrui per peccatum mortale.

¶ 10. Præt. Gratia nō aufert naturā: sed lib. arbi. hoīs naturaliter habet, q̄ potest bene facere, & peccare mortaliter & venialiter. ergo donum gratuitum originalis iusticie non impediēbat quo minus posset venialiter peccare.

¶ 11. Præt. Nihil prohibet defectū esse in actu secundi agentis, nullo defectū existente in actu superioris agentis, sicut contingit esse defectū in vi germinatiua plāta, nullo defectū existente in motu solis: sed in aia ratio & sensualitas cōparantur, sicut superius & inferius. ergo potuit esse peccatū veniale in actu sensualitatis, nullo peccato mortali existente in actu rationis, & in statu innocentie.

¶ 12. Præt. Aug. dicit 11. super Gen. ad literā, q̄ Adā sollicitavit aliqua experiēdi cupiditas, cū mulierem videret accepta illa esca non esse mortuā: nō tñ sic iam spirituali mēte, prætens nullo mō credere potuit, q̄ eos Deus ab esca illius ligni inuidendo uertisset. sed Adā nō habuit spirituale mētē post peccatū. ergo ante peccatū sollicitavit ipsum experiēdi cupiditas: sed experiēdi cupiditas est peccatū veniale, ergo peccatū veniale in Adā p̄cessit mortale.

¶ 13. Præt. Subitus infidelitatis motus est peccatū veniale: sed in Eua antequā peccaret, fuit subitus infidelitatis motus, quod patet per hoc q̄ quasi dubitans dixit, Ne forte moriamur. ergo peccauit venialiter antequam mortaliter.

¶ 14. Præt. Secūdu Aug. in Ench. peccata sūt in aia, sicut morbi in corpore: sed Adā prius incurrit morbū debilitantem uirtutē eius, q̄ incurreret mortē. ergo pari rōne prius incurrit debilitatē per peccatū veniale, q̄ mortē spirituale per peccatum mortale.

¶ 15. Præt. Aug. dicit 9. super Gen. ad literam. Nō est arbitrandū, q̄ esset hominem deiecturus tentator, nisi p̄cessisset in aia hominis quādam elatio cōprimenda: sed elatio cōprimi non potuit postquā in eā cōsensit. ergo surrexerat in eo antequā fuerat cōprimenda per dissensum: sed talis motus cōprimendus, est peccatū veniale. ergo in Adā fuit peccatum veniale ante consensum.

¶ 16. Præt. Homo fuit deiectus a tentatore per peccatum mortale: sed elatio cōprimenda p̄cessit deiectionem, ut ipsa uerba Aug. sonāt. ergo peccatum veniale fuit in eo ante peccatum mortale.

SED CONTRA, primū peccatū hoīs fuit cā mortis, s̄m illud Apost. ad Ro. 5. Per unū hoīem in mundū intrauit peccatū, & p̄ peccatū mors: sed peccatū mortale. ex hoc dī q̄ est cā mortis. ergo primū peccatum hominis oportuit esse mortale.

¶ 2. Præt. Ansel. dicit 1 li. de Cōceptu uirginali. Sicut ordo bestiarū sine rōne agere, ita ordo humane nature est cum rōne agere: sed q̄ peccat venialiter, nō agit cum rōne, alioquin nō esset malum, cū Dion.

F dicat c. 4. de diu. no. quōd malum hominis est sine rōne esse. ergo in statu innocentie in quo integre erat ordo nature, nō potuit hō venialiter peccare. ¶ 3. Præt. Oīs motus est a p̄dominantis: sed in homine in tēpore innocentie p̄dominabat iustitia. ergo oīs motus illius status erat s̄m iustitiam. Illo ergo statu durante, nō potuit homo venialiter peccare.

RESPON. Dicendum q̄ cōiter tenetur. Ad demum primo statu venialiter non peccasse, antequā peccaret mortaliter. Posset autē aliquis estimare hoc esse, quia p̄tā que sunt nobis venialia, homini in statu innocentie fuisse mortalia pp excellentiam status: sed hoc dici non potest. Contingit enim eidem p̄tā grauius esse pp personā excellentiā: sed circumstantia personā in infinitum non aggrauat, ut faciat de veniali mortale, nisi transferat in speciem peccati. Sola enim hōi circumstantia veniali facit mortale, ut supra habitum est: hoc autē cōtingit cum alicui personā pp aliquam suam conditionem, sit aliquid cōtra p̄ceptum existens in inferiori personā non habet rōnem contra p̄ceptum existentis: sicut in sacerdote vxore dicitur contra p̄ceptum de uoto continentie impletum non aut in laico qui non uouit. & sic illud quod est vel veniale, vel nullum p̄tā in laico, est p̄tā mortale in sacerdote. Si uero actus superioris personā nō repugnet p̄cepto, specialiter sibi factio, nō est peccatum mortale, quia omne peccatum mortale est contra p̄ceptum diuine legis, ut supra dicitur: nisi forte per accidens rōne scandalī coniectis, cum hoc sit contra p̄ceptum, præbere fratrem occasionem ruina. Non autē potest dici, q̄ actus peccatorum venialium fuerint aliter contra p̄ceptum primo homini in statu innocentie, q̄ nobis. Vbi non potest dici q̄ fuissent ipsi p̄tā mortalia, que sunt nobis venialia si ea fecisset, pp excellentiam libitatis: sed potius dicendum est q̄ conditio suā libitatis erat, q̄ tali statu durante nullo modo poterat peccatum veniale cōmittere. Cuius rō est, quia talis homo erat in statu innocentie infirmitas, ut dicitur in 14. de ci. Dei, q̄ quādiu pars superior hominis firmiter Deo inharet, oīa inferiora superiorum tibi subdebantur, non solum partes aia, sed et corpus & alia exteriora. Superior autem pars hominis. s̄mēs a sua rectitudine qua Deo subdebant moueri non poterat: nisi per peccatum mortale, quod est auersio a Deo. Nulla ergo in ordinatō inferioribus partibus animæ poterat esse, ante peccatum mortaliter. Vnde patet q̄ peccatum mortale, quod est in sensualitate ante deliberationem, in statu innocentie esse non potuit, cum in statu inferiorum partium sequeretur motus partis superioris. sed quia et in superiori rōne contingit esse peccatū veniale s̄m p̄missa, potest cui uideri, q̄ saltem illud veniale peccatum in statu innocentie in Adam esse potuit: sed & in hoc ratio inuenitur si quis diligenter considerat. Nam cum potentia distinguatur s̄m obiecta, s̄m obiectorum est et ordo potentialium. Cōtingit autem & in obiectis rationis esse ordinem superiorum & inferiorum, & in speculatiuis & in practiciis. Non enim principium indemonstrabile est speculatiuum, & in finis se habet in operabilibus, ut quādiu superior ratio hominis bene se habet circa finē, nullo modo deficere potuit: sed quæ sunt ad finem propter indefectibilem ordinem inferiorum ad superiora s̄m conditionem.

Lib. 11. circa finem to. 3.

Ca. 11. a medio to. 3.

11. ca. 5. in principio to. 3.

Inducta in arg. p̄ccat.

Ca. 10. circa medium illius.

ens. Sicut & in speculatiuis quadiu ho hēt rectā exi-
firmationē circa principia, nisi sit defectus in cōne-
xione p̄cipiorū ad cōclusiones, nō poterit incide-
re aliqs defectus circa cōclusiones. Manifestū est autē
ex supradictis, q̄ p̄tū mortale est p̄ auersionē a fi-
ne, p̄tū autē veniale est in ordinatio q̄dā circa ea q̄
sunt ad finē. Vnde impossibile erat hominē in statu
innocentiā peccare prius venialiter, q̄ mortaliter.

Ad PRIMVM dicēdū, q̄ in Glossa illa veniale
non sumit p̄ veniali in genere, sicut nunc de venia-
li loquimur, sed veniale dicitur facile remissibile.

Ad SECUNDVM dicēdū, quōd peccatum primi
hominis veniale quidem fuit, vt Greg. dicit, quia po-
tuit remitti non tamē sic de facili, vt ipse testimauit,
vt scilicet absq; amissione sui status ei remitteretur.

Ad TERTIVM dicēdū, q̄ dupl̄ aliqd̄ disponit ad
alterū. Vno mō, s̄m ordinē necessariū & naturālē,
sicut calor disponit ad formam ignis, & talis disposi-
tio sp̄ p̄cedit id, ad qd̄ disponit. Alio mō cōtingēt,
& quali p̄ accidēs, sicut ira disponit ad febrē, non tñ
oportet q̄ sp̄ ira febrē p̄cedat, & hoc modo veniale
disponit ad mortale, nec tñ semper p̄cedit ipsūm.

Ad QVARTVM dicēdū, q̄ veniale & mortale p̄tū
intātū repugnāt integritati primi status, q̄ illa inte-
gritas neutri eorū cōpatit, sed p̄tū mortale intan-
tum plus opponitur, q̄ poterat integritatem primi
status corrumpere, non autem peccatum veniale.

Ad QVINTVM dicēdū, q̄ rō illa p̄cedit s̄m illū in-
tellectū, quo existimant ea q̄ sunt in nobis p̄tā veni-
alia, potuisse fieri ab Adā, & tñ essent ei p̄tā mor-
talia: qd̄ pater esse falsū ex his, quæ prædicta sunt.

Ad SEXTVM dicēdū, q̄ rō illa p̄cedit qñ ad magis
distās, nō pōt pueniri nisi p̄ minus distās aliqd̄ deter-
minatū: sed qñ p̄ diuersa minus distātia pōt pueniri
ad vnū magis distās, nō oportet quod eorūq; illorum
p̄sistere. Sicut si ad locū aliquē possit iri p̄ diuersas
vias, nō oportet q̄ antequā perueniatur ad aliquid
magis distans, perueniatur ad aliquid minus distās
in vna illarum viarum, & similiter non oportet q̄
homo prius peccet venialiter, quā mortaliter.

Ad SEPTIMVM dicēdū, quōd Adam potuit fa-
cere a principio peccatum mortale vel maius, vel
minus: non tamē sequitur q̄ potuit peccare venia-
liter, non enim omne peccatum minus est veniale.

Ad OCTAVVM dicēdū, q̄ hmōi rōnes nō efficaciter
cōcludūt vbiq; pōt. n. inueniri aliqd̄ sine altero,
sicut substantia sine accidente, vel forma sine mate-
ria: & tñ alterū sine illo nō pōt inueniri, & similiter
dici pōt q̄ est inueniat status in quo possit esse pec-
catū mortale tñ, non pp̄ hoc oportet inueniri sta-
tū in quo oporteat tantū esse peccatū veniale: licet
possimus dicere aliquē statū esse in quo nō potuit
esse peccatū mortale, sed veniale, sicut in sanctifica-
tis ex vtero, in Hieremia. s. & Ioāne Baptista, & Apo-
stolis: de qbus dī. Ego cōfirmavi colūnas eius. Qui
creduntur confirmati fuisse per gratiam, ut morta-
liter peccare non possent: sed tantum venialiter.

Ad NONVM dicēdū, quōd hoc q̄ regimen aliqd̄
debilitetur prius, quā totaliter corruptatur, po-
test contingere, vel ex defectu præsentis, qui defi-
cit in sapientia vel iustitia, vel ex defectu subditorū,
qui non perfecte obediunt: sed in statu innocentia
mens hominis erat perfecta in sapientia, & iustitia,
& inferiora ipsius perfecte ei subdebantur. vnde nō
poterat debilitari regimen animæ per peccatum ue-
niale, antequam corrupteretur per mortale.

Ad X. dicēdū, q̄ perfectio naturæ non tollitur

A per gratiam: sed defectus naturæ per gratiā tollitur,
posse autē peccare pertinere ad defectū, vnde & per
gratiā auferri potest ab homine, ita q̄ peccare non
possit, sicut patet maxime in beatis.

Ad XI. dicēdū, q̄ defectum accidere in actu in
ferioris agentis, nō existere defectū in superiori agē-
te, potest contingere ex hoc, q̄ inferius agens non
totaliter subditur superiori, hoc autem non erat in
statu innocentia: vnde ratio non sequitur.

Ad XII. dicēdū, q̄ illa experiendi cupiditas sub-
secuta fuit elationem, quam vir ex verbo mulieris
concepit. Et hoc verba Aug. declarant, qui dicit, q̄
virum propter aliquam mentis elationem sollicita-
uit experiendi cupiditas, & illa elatio fuit primū pec-
catum hominis, & fuit peccatum mortale: quia con-
tra Deum superbiuit, & tamen cupiditas experiēdi
id, quod est prohibitum potest esse peccatum mor-
tale. Quod autē dicitur spirituali mente præditus, re-
ferendum est ad tempus ante elationē insurgētem:
licet dici possit quōd etiam post peccatum habu-
it vir spiritualē mentem, non tamen spiritualita-
te gratia: sed spiritualitate persequacis intelligentia.

Ad XIII. dicēdū, q̄ non pōt dici subitus motus
infidelitatis vel dubitationis, qui est in verba prorū-
pit: & tamen est illā dubitationē mulieris in verba
prorūpentem, elatio quadā in mente eius præcessit
ex verbis serpentis, quib. sollicitauit eam de hoc q̄
p̄cepto superioris contineretur. Statim enim in mē-
tē mulieris surrexit elatio, per quā fastidiuit præcep-
tis Dei cohiberi, & ex hoc subsecuta ē dubitatio.

Ad XIV. dicēdū, q̄ ipsa necessitas moriēdi,
quam homo statim incurrit, mors quadā hominis
dī. secundum illud Ro. 8. Corpus quidem mortuum
est propter peccatum, sicut & peccatum mortale
dicitur mors animæ. Actualis autem mors propor-
tionabiliter responderet futuræ damnationi.

Ad XV. dicēdū, q̄ elatio insurgens cōprimen-
da dicitur, ne insurgeret, propositis. n. verbis tenta-
toris, debu it homo sic se habere, vt elationem sub-
intrare non permitteret.

Ad XVI. dicēdū, q̄ deiectio illa intelligitur secū-
dum actum exterioris peccati, vel etiam secundū
amissionem status, quem præcessit elatio, sicut cau-
sa effectum.

ARTICVLVS VIII.

Verum primi motus in infidelibus sint peccata
venialia.

QVARTO quærit, utrum primi motus in infide-
libus sint peccata venialia, & videtur q̄ non.
Dicit. n. Ansel. in lib. de Gratia & lib. arb. Qui non
sunt in Christo, sentientes carnē, sequūtur damna-
tionem, et si non secundum carnem ambulant: sed
sentire carnem, & non ambulare secundum carnē,
est primus motus concupiscentiæ. Cum ergo solū
peccatum mortale damnationem mereatur, videretur
quod primi motus concupiscentiæ in infidelib.
qui non sunt in Christo Iesu, non sint peccata venia-
lia: sed mortalia.

¶ 1. Prat. Apost. ad Ro. 5. dicit. Non. n. quod volo
bonum hoc ago. l. non concupiscere. & hoc ea rō-
ne sibi concludit non esse damnabile, si non secun-
dum carnem ambulet, quia erat in Christo Iesu, cū
dicit, Nihil ergo damnationis est ex hoc. l. q̄ nō cō-
cupiscunt, his qui sunt in Christo Iesu, qui non secū-
dum carnem ambulant. Remota autem causā, re-
mouetur effectus. ergo concupiscere his qui non
sunt in Christo Iesu, est damnabile.

Quest. dist. S. Tho. T 4 ¶ 3. Prat.

l. i. super
Gene. circa
hanc. to. 3.

in li. de con-
cordia gra-
tie & libe-
arb. partem
a medio.